e-codices

MILES.

Att A ge eamus ergo ſequimini ſatellites.

PALESTRIO SERVUS.

M ihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas
S i ad auſcultandum ueſtra erit benignitas.
Q ui autem auſcultare nollet exurgat foras:
V t ſit ubi ſedeat ille qui auſcultare uolt.
N unc qua aſſediſtis cauſa in feſtiuo loco
C omoediae: quam acturi ſumus
E t argumentum & nomen uobis eloquar.
A lazon graece huic nomen eloquar comoediae:
I d nos Latine glorioſum dicimus: hoc oppidum
E pheſum est: miles meus herus qui hinc
A d forum abijt: glorioſus: impudens
S tercoreus: plenus periurij atque adulterij.
A it ſeſe ultro omnis mulieres ſectarier.
I s deriſui est qua qua incedit omnibus.
I taque hic meretricis labijs dum ducant eum
M aiorem partem uideas ualgis ſauijs.
N am ego iam diu apud hunc ſeruitutem ſeruio.
I d uolo uos ſcire quomodo ad hunc deuenerim
I n ſeruitutem ab eo cui ſeruiui prius.
D ate operam: nam nunc argumentum exordiar.
E rat herus athenis mihi adoleſcens optumus.
I s amabat meretricem matre athenis atticis
E t illa illum contra: qui est amor cultu optumus.
I s publice legatus naupactum fuit magna rei p. gratia.
I nterim iuit hic miles: forte athenas aduenit.
I nſinuat ſeſe ad illam amicam heri.
O ccoepit eius matris culpa pariter
V ino: ornamentis: opiparisque: obſonijs.
I taque intimum ibi ſe miles apud lenam facit.
V bi primum euenit militi ſublini os. illi heri matri mulieris.
Q uam herus meus amabat: nam is illius filiam
C ompegit in nauem: miles clam matre ſua
E amque huc inuitam mulierem in epheſum auehit
E go quantum unus poſſum mihi nauem paro.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 139r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/139r)